

ZUSAMMENFASSUNG

V. Vratović: EINIGE UEBERSETZUNGEN VON MARKO BRUEREVIĆ
AUS HORAZ

Marc Bruère Desrivaux (1765?—1823) oder Marko Bruerević, wie er sich selbst nannte, Franzose von Geburt, aber nach der Schulbildung und der Gesinnung Ragusaner und nach seinem Wirken kroatischer Dichter, übersetzte vieles aus Ovid, Catull und Properz ins Kroatische. Im vorigen Sommer stieß der Verfasser der obigen Abhandlung in der Wissenschaftlichen Bibliothek von Dubrovnik (Ragusa) auf eine Handschrift (Z. 331, vgl. Kastropil, Rukopisi Naučne biblioteke u Dubrovniku I, Zagreb 1954, izd. Jugoslav. akadem.), die fünf Uebersetzungen von Bruerević aus Horaz Carmina (1, 1; 1, 23; 1, 24; 2, 3; 2, 8) enthält. Bisher war nur etwas davon aus einem Briefe des Polen Bobrowski an den Slavisten Dobrovsky aus Paris bekannt, worin er ihm von seiner persönlichen Bekanntschaft mit dem Dichter Nachricht gibt (s. oben im Text S. 270). Es ist unbekannt, ob weitere Uebersetzungen aus Horaz in Paris, wo Bruerević die letzten sieben Jahre seines Lebens verbrachte, oder sonstwo vorhanden sind.

Bei der Analyse der Uebertragungen behauptet der Verfasser, daß sie, besonders im Vergleich mit den übrigen Uebersetzern der damaligen Zeit, ein treues Abbild des lateinischen Originals, ferner ziemlich lesbar sind, und an einigen Stellen eine ziemliche Frische des Ausdrucks zeigen. Mit der Metrik der Uebersetzungen hat sich der Vf. viel befaßt, da Bruerević als der erste in der ragusanischen Literatur im originalen Versmaße, mit Anwendung der Regeln der prosodischen lateinischen Versifikation, den Horaz übersetzte. Daneben strebte der Uebersetzer beharrlich nach der Uebereinstimmung des Iktus der Verse mit der natürlichen Betonung.

DE COMPOSITIONE HORATII „EPISTULAE AD PISONES“

Horatii Epistulam de arte poetica in duas partes divisam esse, quarum priore de arte (1—294), altera de artifice (295—476) disputaretur E. Norden (Die Composition und Litteraturgattung der horaz. ep. ad Pis., Hermes 40 (1905), 481) primus intellexit, cuius opinionem multi viri docti secuti sunt.

Quarum pars prior, quae de arte agit, 294 versus continet, pars altera, qua poeta de artifice disputat, 182 versus continet. Quos numeros si comparaveris, invenies totam epistulam et partem priorem eodem paene pacto se habere ac partem priorem et partem alteram:

$$476:294 \sim 294:182$$

Quod idem valet ac:

$$34:21 \sim 21:13.$$

Quae proportio efficit:

$$34 \times 13 \sim 21 \times 21 \\ 442 \sim 441.$$

Itaque dici potest Horatii Epistulam de arte poetica *sectione aurea* in duas partes divisam esse. Nam mendum minimum est neque sectio aurea nisi in artibus, quae in rerum imaginibus effingendis versantur, cum subtilitate mathematica occurrat. Ceterum quid de hac re sentiam, in disputatione de structura epistulae ad Numicium scriptae (Hor. ep. I 6), quae item sectione aurea, sed inverso ordine, divisa est, exposui (ZA III, 1953, 79—81).

Idne casu an consilio an ingenito quodam sensu, quo duce apud Horatium forma et argumentum semper congruunt, ita factum sit, aliis diudicandum relinquo.